

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Gottfried Olearius Johann Gottfried Riemschneider

**Demonstratio Resurrectionis Mortuorum Ex Foedere Cum Patribus A Cristo
Matthaei XXII. Comm. XXXI. Suppeditata**

Lipsiae: Litteris Goezianis, 1712

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn84126726X>

Druck Freier  Zugang



40.

Fa-1092 (40.)

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

20.

DEMONSTRATIO
RESVRRECTIONIS
MORTVORVM

EX

FOEDERE CVM PATRIBVS
A CRISTO

MATTHAEI XXII. COMM. XXXI.

SVPPEDITATA
PRAESIDE

D. GOTTFRIDO OLEARIO P. P.

AD D. XXVII. JANVAR. A. C1510CC XII.


IN AVDITORIO THEOL. PAVLINO
PVBLICE DEFENDENDA

A

IOANNE GOTTFRIDO RIEMSCHNEIDER
MARTISBURGENSI.

LIPSIAE,
LITTERIS GOEZIANIS.

30
29
28
27
26
25
24
11
12
13
14
15
16
17



VIRO
MAXIME REVERENDO
ET AMPLISSIMO
DOMINO
CHRISTIANO
VVEISIO
S. THEOL. LICENTIATO
DIGNISSIMO
APVD
LIPSIENSIS
AD D. NICOLAI ARCHIDIA CONO
OPTIME MERENTI.

30
27.
26.
25.
24.
11.
12.
13.
14.
15.
16.

AMPLISSIMO ET CONSULTISS.

VIRO
DOMINO
IOANNI
RIEMSCHNEIDERO
PRAEFECTVRAE MARTISB.
GRAMMATEO FIDELISSIMO
PARENTI SVO
FILIALI CVLTV PROSEQVENDO
HOCCE ACADEMICVM SPECIMEN
SACRVM ESSE IVBET
IOANN. GOTTOFR. RIEMSCHNEIDER.

❧ (1) ❧

RESVRRECTIO MORTVORVM

EX
FOEDERE DEI CVM PATRIBVS
A
CHRISTO
DEMONSTRATA.

MATTH. XXII, 31. sq.

Περὶ δὲ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν ἐκ ἀνέγγιωτε
τὸ ῥυθμὸν ὑμῖν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ; λέγοντος ἐγώ
ἐιμι ὁ Θεὸς Αβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ισαὰκ, καὶ ὁ
Θεὸς Ιακὼβ· οὐκ ἔσιν ὁ Θεὸς Θεὸς νεκρῶν,
ἀλλὰ ζώντων.

I.

Difficile visum diu scripturarum interpretibus fuit, assequi vim argumenti pro mortuorum resurrectione, a Christo ex eo ducti, quod Deum Abramam, Isaaci, & Iacobi, mortui qui essent, sese appellari voluerit *Iehoua*, Abramidarum Deus. Nodum quem soluendo vinci posse desperarent, rumpendum nonnulli existimarentur. Quid aliud enim faciunt Romanae Ecclesiae Doctores nonnulli, existimantes, quascunque in partes argumentum Christi vertatur, nihil ex eo pro-

A

demon-

30
2
27.
26.
2
24.
11.
12.
13.
14.
15.
16.

2 RESVRRECTIO CARNIS

demonstranda resurrectione mortuorum confici posse,
nisi supponatur, vsu receptum fuisse Iesu Christi aetate,
certum quendam explicandi scripturas modum,
qui autoritatem ex Ecclesiae traxerit traditione,
quem in ea argumentatione secutus Saluator noster
fuerit, qui iuxta cum discipulis suis neque alias indi-
gnum se esse existimauerit, istud in eis, qui cum Iu-
daeis sibi intercederent disputationibus, praeiudicium
sequi. Quae ipsa sunt Richardi Simonii, in illis, quae

c. XX. p. 145.

de missa 2, 3.

de 3. Sect. L.

III. c. 3.

Hist. Crit. IX. vni-

V. T. L. I. c.

XVI. p. 92.

ad Theologorum Belgarum de Historia sua Critica re-
spondit iudicio, verba: vestigia, vt appareat, legentis
Cardinalis Perroni, qui resurrectionem mortuorum
istis non fatis probari a Christo defendebat, seposi-
ta Ecclesiae autoritate. Quod merito ita sibi displice-
re testatus est Ios. Placaeus, vt legere sine indignatio-
ne non possit. Et sane, vt reliqua taceamus, non
hoc tantum incommodum est in illa sententia, quod
ipsi traditionem allegare non possint viri illi, ex qua
speciem argumenti, illa a Iesu Christo allegata indu-
ant, adeoque Lectorum animos suspensos teneant,
adhuc dum nihil in ea oratione quod fluctuantes ani-
mos confirmet, deprehendentium: verum hoc etiam
inprimis, quod cum Sadducaeis Christo heic res fue-
rit, traditiones reiicientibus. Quod, ne ad alios

testes prouocemus, Ioannem Drusium, & reliquos,
qui de Sectis Iudeorum ex monumentis antiquis com-
mentati fuere, ipsum audiamus fatentem Simoni-

Postremo, inquit, noua secta est orta, Saddu-
caeorum assumto nomine, omnibus nouis contradicens
interpretationibus, & quicquid traditionum nomine
venire posset, respuens. Ut vero solet euenire nouain-
tienti-

rientibus, Sadducaeis quoque illo principio suo abusifuerunt. Dum enim solum scripturarum textum se sequi professi fuere, Spiritus dari inficias inere, forte quod sola Doctorum, inde post redditum ex captiuitate, autoritate eam doctrinam niti arbitrarentur. Haec igitur cum ita se habeant, quid est quod Christus infirmis traditionis armis contra Sadducaeos vtatur, quas illi respuebant, nihil attendentes nouas interpretationes, quas traditiones in textum scripturae inferebant, quam solam puram se sequi profiterentur? Hac quaeſo ratione quomodo ita Φιλοδηνα obturari Sadducaeis os potuſſet, vt attonitus populus obſtupesceret? Imo quid opus fuifſet Christo, locum opponere Sadducaeis, quem non niſi infirmo traditionum ab eis non agnitarum tibicine fulcire posſet, cum alia haut pauca in scripturis Propheticis ſuppeterent, quibus ſine illo adiumento resurrectio demonstrari valeret? Plane enim alienus Simonius ab eorum ſententia eſt, qui ex Mosaica πεντεβιβλῳ ideo a Christo argumentum de promi oportuſſe censuerunt, quod reliquorum ſcriptorum Propheticorum ea apud Sadducaeos non obtineret autoritas, vt argumenta ex eis contra illos vrgeri poſſent. Qui ita enim post Hieronymum censuerunt, eos non in diſquiftionibus Criticis tantum, ſed in Historia etiam Critica ex iſtituto ille confutauit. Neque etiam, ſi vulgarem illam ſententiam, aliis quoque explosam, amplecti quisquam dignaretur, ea ratione meliorem Christum cauam ſuam feciſſe iſ defendere poſſit: qui argumentum vrgere non ausus ex Scripturis Propheticis, a Sadducaeis repudiatis, Mofaicum locum illis opponat, quem cauiae ſuae, ſine traditionum,

ditionum, quas multo magis illi quam scripta prophetarum auersabantur, auxilio non posset accommodare.

II. Sed neque illos excusari posse putem, qui animorum immortalitatem facilius feliciusque illo Christi argumento quam corporum resurrectionem probari posse existimantes, prodendam, vel saltem deferendam hic censem resurrectionis causam, idq; solum Christo propositum fuisse persuadere conantur, vt doctrinam de animorum immortalitate daret confirmatam. Quod vt obtineant, nihil non agunt, vt ostendant *ἀναστοσεως* heic vocem nihil aliud notare quam vitae alterius statum, vel perseverantiam in vita etiam post mortem, quae Henrici Hammondi & Danielis Heinsii sententia est. Et sane negari non potest Sadducaeos animorum aequa permanentiam ac corporum resurrectionem negasse, omnino *πνεῦμα*, (quod non repugnauero cum Harduino *substantiam omnium affectionum, quae corpori propriae sunt expertem interpretari,*) esse negligentes, vt in Actibus Apostolicis Lucas testatur. De eo igitur quaestio tantum est, an inter Saluatorem & Sadducaeos de animorum permanentia, an vero de corporum restitutione quaestio ventiletur? De hac agi omnino certum esse putem, neque alia diuersum sentiendi viris eruditis causa esse videtur, nisi ea, quod melius illi controversiae Christi argumentum inservire arbitrarentur. Id autem vereor, ne sit *ὑποθέσεις*. Sane *ἀνάστασις*, vtcunque illis de ea videatur *λεπτολογεῖν*, ex usu scripturae, in qua tam frequens est, aliud quippiam quam mortuorum resurrectionem significare, demonstrari nequit. Vnicus enim qui profer-

A&t. XXIII, 8.
de nummis
Herod. p. 352.

EX FOEDERE DEI DEMONSTRATA.

5

profertur locus ex Luc. XIV, 14. vbi ἀνάστω remunerationem iustorum interpretantur , primo nihil habet, quod illam interpretationem necessariam reddat. Quid planius enim est, simpliciusque, quam interpretari eo loco , retributionem accipies tum cum ad vitam restituenter iusti ? Et si admittatur illa remuneratio- nis explicatio, restitutio vitae per resuscitationem corporis vel primario in ea spectanda erit , cum vita illa basis sit reliquorum bonorum futura , vnde & ali- as , bonorum illorum remunerationis futurae com- plexum, vitae aeternae nomine comprehendere, sacris aequae ac Ecclesiasticis Scriptoribus est vsu receptum. Neque video, quid ex etymo vocis exsculpere Ham- mondus possit , quod sibi magnopere faueat. Στάσις, inquit, subsistentiam rei notat, & ἀνά in compositione idem est quod re vel iterum. Ἀνάστης igitur secun- dum hominis statum notat. Idenim quidem ego non negem , sed hoc obseruem tantum, secundum statum notare, qui existat ex instauratione eius quod destruc- ctum antea fuerat. Id quod cum in animum non aequae, quam in corpus, quadret , vbi de mutando ho- minis statu vox usurpatur , ad instaurationem corpo- ris erit referenda. Sed missis illis vel solas circum- stantias disputationis Sadducaeorum consideremus. Manifeste igitur prodere putem ipsum argumentum, quo vtuntur , de resurrectione corporum ipsis sermo- nem esse. Quod si enim de permanentia vitae animae, seu altero eius statu ageretur , incommodè admodum argumentum ducerent a commercio , quod ex hypo- thesibus receptis , neque a Sadducaeis ignoratis , non cadere potest in naturam mere spiritualem, omnisque

A 3

corpo-

30

2

27.

26.

2

24.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

corporeae affectionis expertem, quale matrimoniale esse negari nequit. Sane in concessis, saltem ex hypothesi, Saluator ipse in responsione sua hoc supponit, angelos, si quidem tales dentur, matrimonia inuicem non inire. Quinimo porro eo ipso, quod illi Sadducaeorum argumentationi reponit Saluator, in illo statu ἀναστάσεως nuptiis locum non esse futurum, sed similes futuros homines ἀναστάται restitutos, angelis Dei in coelo, (*ως αγγελοτρόπος θεος εὐθεανάθεισι*) prodit, non esse sermonem de puris Spiritibus qui naturae eiusdem spiritualis cum angelis sint, sed de iis qui similes affectionibus quibusdam sint, & proprietatibus, hoc est de hominibus, corporibus quidem, in resurrectione instauratis, gaudentibus, sed corporibus, vt Apostolus vocat, *spiritualibus*, quae nuptiis locum non faciant, adeoque nullam vim Sadducaeorum argumento relinquant.

I. Cor. XV.

III. Rectius igitur facere eos censemus, qui argumentum hic quaerunt ipsam corporum resurrectiōnem demonstrans. In quo certe magnam euidentiam atque vim inesse ex eo colligimus, quod non tantum Sadducaeis, hominibus eruditis, ose obturatum fuerit: verum ipsius populi quoque, rudis, neque subtilibus & longe petitis ratiunculis assuefacti, oculi fuerint praestricti: nam ἀνάστατες δι ὄχλοι ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, ipsam docendi, conuincendique et redarguendi vim in Saluatore cum stupore sunt admirati. At mirum, vt a plerisque explicatum hoc argumentum fuit, si ingenue, quod res est, fateri velimus, eam vim non facile in animis nostris exerere, vt penitus iis satisfaciat. Prolixum esset, & a scopo nostro alienum, id in variis Interpretum eruditorum explicationibus demonstrare, qui maximam partem post Grotium,

Grotium, Tirinum, & alios, eo collineant, vt directe animorum immortalitas a Christo probari dicatur, qui, cum naturaliter coniungi cum corporibus appetant, ipsa desuper aequitate Dei exigente, vt anima & corpus ne separentur in mercede, quae arctissime coniuncta fuere in opere, indirecte simul corporum resurrectio probata intelligatur. Quae certe probatio longam $\nu\pi\alpha\theta\epsilon\tau\omega\nu$ non ita euidentium seriem requireret, ita, vt breui disputatione aduersus homines peruicaces absolui haut potuisset, nedum vt populus impeditae argumentationis, & per complures consequentias procedentis, vim assequi valeret. Id operam dabimus igitur, vt breuiorem viam ostendamus, qua per ea, quae a Sadducaeis in dubium vocari non possent, statim ad metam disputationis deueniatur.

IV. Genuinum fundamentum interpretationis vero ex nostris perspexit, immortalis memoriae Theologus, Io. Gerhardus: *Constat, inquit, verba illa, Ego sum Deus tuus, esse FOEDERALIA ex collat. Gen. XVII,* 7. *Cum quibus vero Deus foedus gratiae init, quod vellet esse Deus eorum in seculum, illi in vitam reuocabuntur, ut possint promissa gratia foederali perfrii. Foedus hoc aeternum est, ac proinde qui eo comprehenduntur, eos oportet vivere in aeternum, ac proinde resuscitari. Quae sane praeclera sunt, & rem ipsam continent omnem, nisi quod paulo clarius illa ex his fundamentis deduci possit, ita, vt euidentia argumenti Christi in ipsos oculos incurrat.*

V. Cardo totius negotii in eo versatur, quod verba *Ego sum Deus Abraham, Isaac & Iacob* FOEDVS significant,

Gerh. Harm.
c. 155. p.
471. b.

30
29
28
27
26
25
24
23
22
21
20
19
18
17
16

fident, quod Deo cum Abrahamo, Isaaco & Iacobo intercedebat. Hoc vero adeo diserte indicatur loco a B. Gerhardo indicato, vt in controuersiam ne possit quidem vocari. Nam diserte Deus dicit se FOEDVS suum inter se & Abramum, semenque eius post ipsum, in omnibus familiis constituisse, quod futurum sit foedus aeternum: idque in eo consistere FOEDVS, vt ipsius & seminis eius post eum IPSE sit DEVS. Et sane ab eo tempore constanter vi FOEDERIS illius Deus A-

Gen. XXIV, brabami vocatur. Quater eam appellationem repe-
tit Eliaser, ὄμονόμως eius: ipseque eam sibi tribuit De-

vs, cum, quod primum FOEDERE illo promissum fue-
rat, confirmaret Isaaco, scilicet ad semen etiam Abra-

hae, adeoque ad Isaacum primum, qui ex diuina
προφέσει κατ' ἐνλογήν censebatur in eo semine, illud

Rom. IX. Gen. XXVII, FOEDVS pertinebat. Ab eo tempore Isaaci etiam
Deus ille vocatur. Idque FOEDVS ad se etiam perti-

XXVIII, 13. Gen. XXXI, 29. nere intelligens Iacobus, vi eius expectat beneficia
foederalia a Deo, se quoque vicissim in foedere con-

Gen. XXIX, 20. stanter perstiturum, agnoscendo pro DEO SVO De-
vm, pollicitus, quem identidem tamen adhuc Deum

Gen. XXXI, 21. Patris sui Abramam, & timorem Isaaci, vel Deum Abr-

XXXII, 9 42. am & Isaaci, quippe a quibus in se iura FOEDERIS
deriuata essent, nominat. Postquam vero sibi FOE-

DVS insigniter confirmatum sensisset ex mutato, vt muta-

tatum Abrahamo fuerat, dum benedictionem foede-

ram acciperet, in Pnuel nomine, altare quoque ex-

struxit, cui nomen imposuit אל יהו ישראֵל Deus for-

tis, Deus Israel, iuxta receptam magis interpretum
versionem, nisi malis Ebraeorum verborum hunc esse

sensem, quod inuocauerit ibi Iacobus Deum fortēm, De-

um

ut *Israelis*. Postquam tempus aduenisset , liberan-
 dae posteritatis eorum , amplissimis auctae incremen-
 tis , ex Aegyptiaca seruitute , meminit Deus buius ipsi- Exod. II, 23.
 us. *FOEDERIS* cum *Abrahamo* , *Isaaco* & *Iacob* , eiusque
 memoria excitatus , respicit participes eius posteros eo-
 rum , in illa oppressione sua ad eum clamantes . Imo
 in vocatione Mosis hoc ipsum in primis ei suppeditat ,
 quo apud populum suum fidem sibi faciat , animosque
 fluctuatos confirmet : quod constans in foederis sui
 promissis Deus , vt ipsa essentia sua permanens , eum
 mittat : *Ego qui ero* (אֲחֵיךְ אֲשֶׁר אָמַת) misit me . FOE- Ex. III, 14. 15.
 DVS vero illud suum ea ipsa , de qua sermo est , locutio-
 tione foederali exprimit : *Sic* , inquit , *dices ad filios*
Israel : *Iebouab* , *Deus Patrum vestrorum* , *Deus Abra-
 ham* , *Deus Isaac* , *Deus Iacob misit me* : *hoc est nomen*
meum in aeum , & *memoriale in generationibus succes-
 suris* : memoriale scilicet , tum ex parte Dei , qui eo
 nomine inuocatus quasi recordetur sancti foederis sui , Luc. II, 72.
 vt *misericordiam exerceat erga patres in filiis* , quem-
 admodum *FOEDERIS* illius in ipsa liberatione ex Ae-
 gypto fuerat recordatus , eiusque in aeternum est recor-
 daturus : tum etiam ex parte Israelitarum , in *FOEDVS* ^{ps. CV, 8.}
 illud venientium , quibus memoriale illud fiduciae
 certae fundamentum praeberet . Ab eo tempore hoc
 nomen memoriale *FOEDERIS* solenni vsu in populo
 Dei receptum fuit , vt eo passim vel *Deus Patrum* , vel
Deus Abraham , *Isaaci* , & *Iacobi* , vel *Deus Israelis* ap-
 pelleretur . Imo cum *FOEDVS* istud cum Abramidis
 solenniter , additis nouis quibusdam eius conditioni-
 bus , renouandum esset , vi eius populus ille סִגְלָה pecu- Exod. XIX, 5.
 lium Dei futurus dicitur , quod eo spectat , quod ipse fu-
 turus

B

turus

30

27.

26.

2.

24.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

Exod. XIX, 5. *turus sit Deus ipsorum*, quemadmodum illa reciproca-
Levit. XXVI, tio luculentius alio loco explicatur : *Habitabo in ipsis,*

12. *& ero ipsorum Deus, & ipsi erunt mibi in populum.*

Cumque tabulae FOEDERIS & lex παρεστελθώσα expli-

Exod. XX, 2. canda esset, praemissa id sit formula *Ego Iehouah Deus Tuus.* Imo & renouatio illius FOEDERIS, atque in-

Ier. XXXI, 33. stauratio, ea ratione nobis a Ieremia describitur : *Scrambam legem meam in corda eorum, & erunt mibi in populum, & ego ero ipsis in Deum.*

VI. Ad foedus igitur cum Abrahamo, Isaaco & Iacobo pertinere haec Dei verba : *Ego sum Deus Abrahami, Isaaci, & Iacobi*, affatim patere confido :

Eph. II, 12. quemadmodum aduersa vice ἀθεοι dicuntur, hoc est ei, quos Deus pro suis non agnoscat, quorumque adeo Deus non sit, illi, qui in foederis partes non veniunt, quamdiu non veniunt in eas, ξένοι τῶν διαθηκῶν ἐπαγγελίας, remoti a foederibus promissionis. Iam ut pateat quomodo Patrum illorum mortuorum resurrectionem illa demonstrent, quale fuerit istud FOEDVS, est cognoscendum. Id vero quod praecipuum fuit in illo FOEDERE, atque ad rem praesentem maxime spectat, in primis considerabimus. Hoc fuit, quod

Gen. XVIII, 18. *in Abrahamo benedicendum fit omnibus familiis terrae:* quod cum Apostolo, interprete FOEDERIS omni exceptione maiore, simplicissime interpretamur, *quod cum fidieli Abrahamo benedictio sit expectanda, & iustificatio ex fide omnibus gentibus.* Quo ipso includitur,

Gal. III, 16. *promissio seminis, in quo sit benedicendum:* quod quale sit, ipse rursus exponit Apostolus : *Abraham dictae sunt promissiones, καὶ τὰ σπέρματι αὐτῷ, ὃς ἐστι χριστός, & semini illius quod est Christus.* Quem & paulo post se-

men

EX FOEDERE DEI DEMONSTRATA.

ii

men illud vocat, cui promissum est: quemadmodum & hinc semen illud *κατ' ἔξοχην* vocatur *Filius Abrahāmi*. Matth. I, 1. In illo igitur Christo, tanquam *semine Abrahāmi*, benedicitur omnibus gentibus, dum ipsi tanquam radici omnis *benedictionis* inhaerent, & fide Abrahāmo coniunguntur. Certum scilicet est, vt fert doctrina Rom. XI. Apostoli, fide inserendos esse communi illi stirpi & radici, quotquot *benedictionis* ex ea participes euadunt. Et fide quidem Abrahāmi: nam *benedicturum* se dicit Gen. XII, 3. Deus *benedicentibus Abrahāmo*. Benedicere vero Abrahāmo est, fidem iustitiam, & spem salutis quam consecutatus est Abrahāmus, in pretio habere, illamque sitire & esurire. Benedicere ipsi est, *ambulare in vestiis fidei eius*. Hincque ipse Abrahāmus παλῆς πάντων τῶν πισευόντων constituitur, pater omnium fidelium, Rom. IV, 11, vt & ipsi iustitiam consequantur ex imputatione fidei, vt Abrahāmus indeptus fuerat. Ut in summam igitur rem contrahamus, FOEDVS Abrahae importauit promissionem Christi, & iustitiae, ceterorumque eam consequentium bonorum, ex fide in eum consequendorum.

VII. Iam vero Christus ille est כָל חַי omnis vita, a quo Eua post eius promissionem nomen accepit. Sci- Gen. III. licet, vt Adamus peccando omnium morientium pater factus fuerat, ita Eua verbo promissionis iam mater facta est eius, qui est omnis vita, & in quo omnis Euae progenies ex morte ad vitam erat restituenda. Cui interpretationi, vt iam olim praelusit Moses Rekenensis, in Commentario ad legem, cui כָל notat Schechinam, quae sit חַי עֲלָמִים vita omnium seculorum; ita eam egregie & sanius quam Iudeorum magister, expli- cauit

B 2

cauit

30

27

26

2

24.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn84126726X/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn84126726X/phys_0019)

cauit B. Lutherus, eiusque vestigiis insitens B. Abrah.
Calouius. Neque ex Reformatis defuere, qui eandem

Alting.
de Sabb. III, 3.
Hept. IV. disp.
IV. s. 29.
Hept. V. Disp. sius, sed eam vterius vel dilucidare, vel confirmare
I. s. 39. nunc haut vacat. Sufficit alias quoque in confessio
VVithus

Oecon. L. IV. esse, $\zeta\omega\nu$ (a) vitam esse Christum, $\alpha\chi\nu\gamma\sigma\tau\omega$ esse $\zeta\omega\nu$
c.I. s. 27. principem vitae, (b) in ipso $\zeta\omega\nu$ vitam esse, quae sit
conf. Progr. $\Phi\omega\varsigma$ lux hominum, (c) qua ex tenebris mortis erepti in
Academ. Lips. integrum quasi restituantur. Ipsum $\alpha\pi\tau\omega$ $\zeta\omega\nu$ esse,
in Nat. Domini 1731. editum. h. e. panem vitae, (d) & $\kappa\alpha\sigma\epsilon\gamma\eta\sigma\alpha\tau\omega$ $\vartheta\alpha\sigma\alpha\tau\omega$, $\Phi\omega\varsigma$
(a) Col. III, 4. $\sigma\alpha\iota\delta\epsilon\zeta\omega\nu$ $\kappa\alpha\iota\delta\Phi\alpha\sigma\alpha\tau\omega$, delecta morte lucem vitae
Io. XI, 22, 23. & immortalitatis reduxisse. (e)

(b) Act. III, 15. VIII. Ipsum igitur illud semen, quod Abrahamo ex

(c) Io. I, 4. FOEDERE illo promissum est, vita est. Vita esse di-

(d) Io. VI, 36. cuntur quaecunque pertinent ad benedictiones, nobis

(e) 2. Tim. I, 10. in semine illo praestandas. Ipsum verbum, spiritus,

fides. Sic enim Christus apud Ioannem inquit: Quis-

quis biberit ex aqua illa, quam ego illi dabo, nequa-

Io. IV, 11-13. quam unquam sitiet, $\alpha\lambda\lambda\alpha\tau\omega$ $\iota\delta\omega\sigma\omega$ $\alpha\pi\tau\omega$, $\gamma\epsilon\pi\pi\sigma\tau\omega$

$\epsilon\nu\alpha\pi\tau\omega$ $\pi\pi\gamma\eta\iota\delta\omega\sigma\tau\omega$ $\alpha\lambda\lambda\omega\pi\pi\epsilon\tau\omega$ $\epsilon\pi\pi\zeta\omega\nu$ $\alpha\pi\pi\omega\pi\pi\omega$, sed
aqua quam ego illi dabo, fiet in ipso FONS aquae viuus,
salientis in vitam aeternam, per aquam autem illam

intelligi verbum, & gratiam Spiritus cum ipso oblatam,

textus circumstantiae loquuntur. Sic pariter apud

eundem ait Euangelistam: operemini non cibum qui

perit, sed cibum illum qui MANET IN VITAM AETER-

NAM, hoc est non id agite, ut cibo a me corporis re-

ficiamini, quod miraculo factum erat, sed ut verbi il-

lius vitae quod vobis annuncio, euadatis participes. Sed

&

Io. VI, 27.

VII, 37.

& plenius λόγος ζῶν verbum viuum, idemque σπέρμα
ἀφθαρτον, semen incorruptibile, hoc est a quo vita sit &^{I. Pet. I, 23.}
immortalitas, dicitur ab Apostolo Petro : & a Paulo
λόγος ζῶν τὸ ἐνεργῆς verbum viuum & efficax : nec Hebr. III, 12,
non a Ioanne ὁ λόγος τὸς ζῶντος, verbum vitae, nisi po-^{I. Io. I, 1.}
stremun hunc locum de ipso λόγῳ υποστάτῳ accipere
magis conueniens esse existimes : imo ab ipso Chri-
sto verbum suum πνεῦμα τὸ ζῶν dicitur, *Spiritus & vi-* ^{Io. VI, 63.}
ta, quod si per ἐν διὰ δύον explicare velis, spiritum signi-
ficabit vivificum, quemadmodum & verba eius pro
ρήματι ζῶντος verbis vitae, ab integro discipulorum col- ^{Io. VI, 68.}
legio agnita legimus. Similiter Spiritus eius, πνεῦμα
ζῶντος Spiritus vitae vocatur. Frequentius vero deni-
que nihil est quam ut *FIDEI*, qua, vi foderis, Abrahamo,^{Rom. II, 2.}
Isaaco atque Iacobo Christus cum bonis suis applicaba-^{Apoc. XI, 11.}
tur, *vita* tribuatur. Sic enim *omnis credens in filium*, ^{Io. III, 15.}
VITAM babere AETERNAM dicitur ab ipso Christo:
similiter qui edit carnem eius, & bibit sanguinem, de ^{Io. VI, 54.}
mandatione autem loquitur, fide quae peragatur,
babere VITAM AETERNAM, vt alia eiusdem sensus
infinita taceam. Imo qui crediderit in *Christum*, quem ^{Io. XI, 25.}
locum in primis in isto, quod nunc prae mani-
bus habemus, argumento tractando obseruationem
mereri existimem, etiam si mortuus fuerit, *VIVET*.

IV. Vidimus & ipsum *Christum*, & verbum quo
ipse offertur promissionis, & fidem qua ipsi tanquam
radici VITAE inserimur, vitam esse & vivifica, quae
omnia FOEDERE Dei cum Abrahamo comprehen-
duntur. Ad quod iustificationem etiam spectare ex
Fide, Christum apprehendente, paulo ante fuit de-
monstratum. Ista vero iustificatio nativo vocis signi-
ficiatu,

30
27.
26.
2.
24.
11.
12.
13.
14.
19.
11.

ficatu, quid aliud importat, quam *absolutionem* pri-
mum in foro diuino a culpa & reatu? quam vi iusti-
tiae diuinæ *cessatio poenae* non sequi possit; maxime
cum illa *iustificatio* non mera absoluatur gratificatione,
& condonatione qualicunque: sed dimissionem in
iudicio importet ex eo, quod iure agere aduersus di-
mittendum non amplius detur, quippe pro quo ple-
nissime fuerit satisfactum. Quicquid vero est *poenae*
quae homini peccatori post peccatum & propter illud
infligitur, *mortis* nomine comprehenditur: secun-
dum effatum illud diuinum, *quacunque die ex arbore*
illa (*scientiae boni & mali*) *comederis, morte morieris.*
Quicquid igitur illo *foedere* Dei cum Abraham, Isa-
aco, & Iacobo continetur, ad *mortem* destruendam vi-
tamque instaurandam spectare, est manifestum.

V. Iam plusquam dimidiā viam absoluimus de-
monstrationis Christi, quam hucusque nobis con-
stat eo pertingere vsque, ut sufficiat ad euincendum,
eum, qui vt *Abraham, Isaacus, atque Iacobus* in FOE-
DERE cum Deo est, morti succumbere non pos-
se, eo quod ipsius FOEDERIS huius promissio impor-
tet liberationem a *morte*, per Iesum Christum, semen
promissum, fide amplectendum, a quo praestita satis-
factione, quae vergat in *benedictionem foederatorum*,
sententia maledictionis, quae mortem importat, in fo-
ro diuino eos ferire non possit, iustificandos iamiam,
adeoque ab illa *mortis* poena absoluendos. Hoc igitur
vnice dispiciendum superest, quodnam genus
mortis sit, a quo liberationem praestet hoc ipsum
FOEDVS cum Abraham, Isaaco & Iacobo, & an *mor-tem corporalem* etiam illud complectatur. Id enim si
conce-

concedatur, ea facilitate iam ad metam decurret demonstratio Christi, ut nihil facile magis, magisque expeditum esse queat. Tum enim illo argumento totam demonstrationem comprehendere licebit: Quicunque sunt in FOEDERE Dei, illi *morti corporali succumbere* non possunt. Cuius propositionis ratio ex eo redditur, quoniam illud FOEDVS *mortis corporalis* abolitionem continet. Iam vero Abrahamus, Isaacus & Iacobus sunt in FOEDERE Dei, quippe quorum se Deum Deus esse fateatur, quod est agnoscere FOEDVS: Ergo Abrahamus, Isaacus & Iacobus *morti succumbere* non possunt *temporali*. Mortui vero qui sunt, certe succumberent *morti*, nisi restituenda essent per resurrectionem animis corpora ipsorum. Ergo omnino illa corporum eorum restitutio est expectanda.

V. Clara est haec demonstratio & certa, ac talis, vt in ea nihil desiderari posse: modo hoc vnum certum sit, FOEDVS Dei cum homine, & in specie cum Abramidis, quod ad vitam foederatorum spectare ex huc usque allatis dubitare non licet, eam importare vitam, quae *morti etiam corporali* aduersa sit, ad eam proinde etiam tollendam comparata. Hoc vero facillimum est demonstratu, & ita, vt a Sadducaeis, Mosis doctrinam admittentibus, nihil contra afferri posset. Adamantinum scilicet est principium: *mortem cui per peccatum Adami obnoxium factum fuerat genus humatum*, eam FOEDERE gratiae cum patribus inito, fuisse tollendam. Nam ei *morti* opponitur ille qui est *כל חי* omnis vita, Euae virginum semen; qui idem est cum semine illo Abrahae promisso, in quo ea *benedictio* fit expectanda, quae tollat *maledictionem* ab Adamo

30
2
27.
26.
2
24.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.

damo contractam. Iam vero certum est mortem ab Adamo contractam , & in posteros deriuatam , complecti omne genus mortis , mortemque adeo etiam corporalem . Dudum enim explosa est sententia eorum qui mortem corporalem consequens naturae, non vero peccati effectum atque poenam esse statuant : quam

Voff. Disp. I. Pelagii fuisse ex Vossio atque Forbesio studiosi discere

Th. III.

Forbes. Instr. possunt , quam nostro aeuo Sociniani quoque & Re-

Hist. Theol. formatorum nonnulli adoptauerunt : deteriores hac

LVIII. c. II. parte hominibus quibusdam paganis , qui apud Gelli-

Noct. Att. VI, um quaestionem : naturane ipsa , vel prouidentia , quae

I. compagem hanc mundi & genus hominum fecit , morbos quoque & debilitates , & aegritudines corporum , quas

patiuntur homines , fecerit ? longe rectius deciderunt .

Eo enim redit summa responsionis , a Chrysippo ad eam

quaestionem suppeditatae : non fuisse hoc principale

naturae consilium , ut faceret homines morbis (& par-

tate rationis , morti) obnoxios , nunquam enim hoc con-

venisse naturae auctori , parentique rerum omnium bona-

rum . Factum igitur hoc esse *νατὰ πράγματα ζητούν* , h.e.

per sequelas quasdam necessarias , quas scilicet recte &

plane Christiana Theologia ex doctrina de peccato edis-

serere docet . Nos in illis angustiis , quibus circumscri-

bimur , ex eo quod praecipuum est in eo FOEDERE , vi-

cuius Deus dicitur Abrahami , Isaaci & Iacobi Deus , hoc

demonstrabimus . Praecipuum in illo foedere est *semen*

in quo omnibus gentibus benedicendum , *Christus* . In

hostibus autem ab eo debellandis certe est *mors corpo-*

ralis , de qua reportata victoria in illis benedictionibus

censenda est , quae in semine illo benedicto gentibus

promittuntur . Eius rei disertus nobis testis Apostolus

est :

est : ὁ ἔχατ^ο ἐχθρ^ο (χεισθ) καλαγγίται ὁ θάνατ^ο, I. Cor. XV, 16.
 ultimus hostis Christi destruitur mors. De morte vero corporali sermonem ibi esse, inde est euidentissimum, quod in toto illo capite de resurrectione corporum mortuorum ex instituto agatur: idque cum ne ipsi quidem adversarii negare audeant, prolixa non opus habet explicatione. Spectatur igitur mors corporalis, vt Christo & fidelibus inimica & aduersa, non incommoda tantum, quod Crellius vellet. Quod vero fidelibus inimicum & aduersum sit reuera, in maledictionibus censeatur necesse est. Maledictio vero esse non potest nisi a transgressione legis, hoc est peccato, secundum illud: *maledictus qui non obseruat omnia verba legis huius. Mors igitur temporalis a peccato est & poena peccati.* Adeoque ad ea pertinebit, quae vi FOEDERIS gratiae, & potentia seminis promissi sint destruenda. Sed & alio modo rem eandem demonstrabimus: ipsum semen illud FOEDERE promissum, ad hoc manifestari debuit ipsius promissionis foederalis vi, ἵνα λύσηται ἡ ἔγγαρθρος. Io. III, 8. *diaβόλος, ut destrueret opera diaboli.* Mors ab ipso destruenda est: ea igitur in operibus diaboli destruendis etiam erit censenda. Quae vero alia intelligas Diaboli opera, nisi quae vel peccatum sint, vel cum peccato coniungantur? Mors igitur ad ea quae cum peccato coniungantur non referri non poterit. Porro cum variis scripturae locis, & in primis apud ipsum Mosen, inimicitia tantum commoretur inter Semen Mulieris, & serpentem eiusque semen, quomodo mors corporis in Christi inimicis ponit poterit ab Apostolo, si illa non pertineat ad τὰ ἔγγαρθρα διαβόλος; quomodo vero ad Diabolum referetur, si ex peccato non sit? Quemadmodum & propterea Christus per mortem dicitur destruere eum, qui sit

C

sit

30

27.

26.

2

24.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

Hebr. II, 14. sit τὸ κράτος ἔχων τὴν θαύματα, h. e. Imperium mortis penes se habens, nempe Diabolum. Imperium vero omne Diaboli ex peccato est, ergo mors est ex peccato. Ex ipso igitur FOEDERE Dei cum patribus, praeципuoque FOEDERIS articulo, de Christo semine benedicto, mortem corporalem debellaturo, patet mortem peccati poenam, adeoque cum reliquis poenis peccati satisfactione Christi abolendam esse. Qua ratione FOEDVS illud cum patribus, non tantum directe, & absque longa consequentiarum serie nobis monstrat Victorem & destructorem mortis corporalis, qui dum promittitur FOEDERE, una liberatio a morte corporali promittatur: verum etiam dum modum liberationis per alias consequentias simul ostendit, quae scilicet fiat peccato ipso, cuius poena sit mors, per satisfactionem abolio; hinc eo maior resurrectionis existit certitudo, ipsa iustitia diuina eam, post liberatorem, FOEDERE constitutum, necessario postulante.

VI. Sane enim si penitus Christus pro peccato satisfecit, poenam eius omnem suscipiendo, atque perfectam praestando απολύτεωσιν si ipse per mortem vim ademit ei qui habet κράτος θαύματα, hoc ipso, quod poena mortis, quam ipse subiisset, iam repetiti non posit per iustitiam diuinam ab iis pro quibus subierat: idque si FOEDERE illo ex quo Deus se Deum Abrahami vocat, & Iacobi, atque Isaaci, continetur; manifeste intelligitur illos, qui FOEDERIS eius participes sunt, in morte detineri non posse: IVSTIFI-
T. Tim. III, 16. CATOS scilicet cum Christo, &, vt ipse ex iudicio diuino dimissus est, per resurrectionem ex mortuis,
Ef. LIII, 8.
Aet. II, 24. (quod fieri non posset, [εκ νῦ δυνατόν] per ipsam iustitiam

EX FOEDERE DEI DEMONSTRATA. 19

stitiam diuinam, vt postquam sponsonem satisfactio-
ne praestitisset, a morte detineretur) ita pariter cum
eo dimittendos: vt adeo Christus iam fieret *απαρχη*
primitiae eorum qui ex mortis somno resurgunt.
Atque inde est inter alia, quod Apostolus tam arcto
nexu coniungat resurrectionem Christi & fidelium:
Ει ανάστατις νεκρῶν ἐν ἑστι, καὶ οὐκ εἰγένεται, Si re-
surrex̄t̄ mortuorum nulla est, neque Christus resur- 1. Cor. XV.
rexit. Cuius coniunctionis illam solam dari posse
evidentem atque animis nostris satisfacientem ratio-
nem existimem, quod resurrectio Christi sit argumen-
tum plene praestitae satisfactionis, qua omnis tollatur
peccati, vt reatus, ita & *poena*: Quod si igitur nos subpoe-
na mortis aeternum simus detinendi, nunquam ex se-
pulchris reddituri; neque Christus resurrexisse credi
potest, quippe quod non, nisi *poena*, quam se subiturum
spoponderat, perfecte abolita, fieri potuit.

VII. Imo haec IEsu Christi per satisfactionem
suam a *morte temporali* liberatio, tam certam impor-
tat mortis abolitionem, vt ne ea quidem, quam fe-
runt ad tempus fideles, ex lege oeconomiae diuinae,
corporis & animae solutio, *mortis* proprie sic dictae
rationem obtineat: quippe quae non pertineat ad
destructionem & interitum eorum, quod proprie
mortis est, ex quo illa etiam sola rationem *poenae*
obtinere potest: sed potius pertinet ex oeconomia
diuina ad *vitam consummandam*, cuius principium
in nobis ex *fide* existere coepit. Quo obseruato
commode componetur controversia inter viros eru-
ditos in Belgio ventilata, de eo, quod *mors tempo-*
ralis fidelibus incumbat, cum tamen Christus pro o-
mni peccato satisfecerit, quae eo nonnullos impulit,

C 2

vt

30

2

27

26

2

24.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

vt *poenam* peccati *mortem* negarent : de qua , cum nobis iam non liceat in illum excurrere campum, peculiaribus dissertationibus celeberrimi Viri ex recentissimis Iac. Rhenferdius & Campegius Vitrunga vide-

ri possunt. Atque illo sensu est accipiendum παρά-
δοξον vere Christianum , sublimitate sua quicquid est

Stoicorum παραδόξων longissime superans ? ο πιστεύων
εἰς ἐμὲ νὰν αποθάνη γίνεται.

QVI CREDIT IN ME
ETSI MORIATVR VIVET. Christum enim ver-

bis illis de *morte temporali* loqui , manifestum ex eo est , quod ex mortis Lazari occasione ista proferat. Non autem *vitam* simpliciter intelligi eam quae re-
stituenda sit demum in futura resurrectione ex eo li-
quet , quod Marthae, eius quidem fidem professae,
illa reponat , aliquid ultra tenendum esse de praes-
enti quoque statu indicans. Scilicet id quod *Mors*
esse in speciem videtur , cum ad interitum fidelis
non pertineat , sed vitae consummationem , nihil
vitae eius praejudicare esse cendum. Eo alia per-
tinent quae non minus παραδόξα, non satis perceptis
iis quae hucusque sunt explicata , videri poterant.

Sic Christus apud Ioannem : Amen , Amen , dico
vobis , εάντις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν Ἰησοῦν , Θάνατον δὲν
Θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰώνα , SI QVIS SERMONEM ME-
VM SERVAVERIT MORTEM NON VIDEBIT
IN AETERNVM. Et iterum : Amen , Amen , di-
co vobis , qui sermonem meum audit , καὶ πιστεύων
τῷ πέμψαντι με ἔχει ζωὴν αἰώνιον , & CREDIT in eum
qui misit me , HABET VITAM AETERNAVM , &
in νεῖσιν CONDEMNATIONEM non venit. Sed
μεταβέβηκεν ἐν τῷ θανάτῳ εἰς τὴν ζωὴν TRANSIIT A
MORTE AD VITAM : id est , quod satisfactione
pro

EX FOEDERE DEI DEMONSTRATA. 21

pro se iam praestita , poena in morte Christi soluta , iudicium subire non amplius possit , nihil inueniente Deo iusto iudice , quo iure contra eum agere possit, a mortis statu in statum vitae iam transit ; ad quem statum vitae ipsa illa , quam nos vocamus , MORS pertineat , quippe quae iam ad consummationem vitae , per fidem in nobis cooptae, vnice spectet . Quibus gemina sunt illa Ioannis ex ore Magistri deriuata : Ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι μεταβεβήκαμεν ἐν τῷ I. Io. III. 14.

Ταῦτα εἰς Γὰρ ζωὴν . Nos plane SCIMVS , & experimur , nos TRANSGRESSOS ESSE A MORTE

AD VITAM. Neque Paulina abludunt ista :

Τὸ χάρισμα τῷ Θεῷ ζωὴν αἰώνιον ἐν χειρὶ ἵντος τῷ κυρίῳ Rom. VI. 23.

ἡμῶν Donum Dei EST VITA AETERNA per Iesum Christum Dominum nostrum , & alio loco , vbi gratia

am DEI factam nunc esse conspicuam dicit , per apparitionem Seruatoris nostri IEsu Christi , καταρχήσαντος 2. Tim. I. 10.

μὲν τὸν Θαύταν , Φωτίσαντος δὲ ζωὴν καὶ αὐθαύταν διὰ εὐαγγελίου , QVI EVANESCERE FECIT MORTEM , VITAM vero & INCORRUPTIBILITATEM

in lucem produxit per Euangelium. Neque est , cur ista ad vitam & mortem spiritualem tantum referantur ,

sane enim sermo in iis instituitur de omni genere mortis , quod per peccatum mundum est subingressum , ad quod

certissime , per supra demonstrata , pertinet mors temporalis. Cui similiter opposita vita , significat omne genus vitae , quae per gratiam Dei propter Christum nobis restituitur.

Praeterea non restringitur ad certam speciem vel mors vel vita in dictis citatis , sed adeo communie , & εὐεργητικὸν praeterea , dicendi genus adhibetur , ut

nullum ius nobis relicum intelligi possit , restringendi latius posita , atque limitibus quasi circumscribendi ,

C 3

quos

30

27

26

2

24

11.

12.

13.

14.

15.

16.

RESVRRECTIO CARNIS

quos ipsi textus non suppeditent. Quod ita confirmatur, vt nullus exceptioni locus relinquatur ex eo, quod Iudeis de morte corporali accipientibus verba Christi, *Amen, Amen, dico vobis, si quis sermonem meum seruaverit, MORTEM NON VIDEBIT IN AETERNVM,* atque acerbe propterea eum increpantibus : *Nunc agnouimus Daemonium Te babere, Abramam mortuus est & Prophetae, & Tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, is mortem non gustabit in aeternum.* Num Tu maior es Patrem nostro Abramam, qui mortuus est ? & Prophetae mortui sunt : *Quem Te ipsum facies ?* nihil de interpretatione verborum suorum contra monuerit Christus, sed potius id demonstrare conatus sit, quod Abrahamus quoque, Pater ipsorum crediderit, atque adeo a morte, eo quo diximus sensu, liberatus, *vitae quam ipse iam annunciet particeps existat.* Atque huc pertinere iam colligo Christi verba a Luca seruata, vbi cum post allegatam appellationem foederalem, *ego sum Deus Abrahami Iacobi & Isaaci, Christum, ad illationem progressum, dixisse retulisset Deus vero non mortuorum sed viuorum est,* eum addidisse ait παῖτε γὰρ ἀπόλωτοι. Omnes enim ei viuunt. Hoc est, in statu sunt, vt ne mors quidem ipsorum ad interitum eorum pertineat, sed ad *vitam* potius (vt quamvis mortui sint, mortui non sint tamen,) tempore suo plene demum manifestandam. Imo ipsa verba non vero *Deus est Deus mortuorum, sed viuentium* eo pertinent, sensu eodem: vt nempe intelligatur, eos, qui mortui sint secundum vulgarem sentendi & loquendi modum, mortuos tamen non esse, quippe quorum mors ad vitam ipsorum spectet, cuius principium ex virtute FOEDERIS in ipsis permaneat, ad corporis quoque pertinens viuificationem.

Luc. XII, 38.

VIII. His

VIII. His ita adstructis nihil planius iam erit argumentatione Christi pro resurrectione mortuorum, ducta ex FOEDERE cum Abrahamo Isaaco & Iacobo, secundum vulgarem sentiendi & loquendi modum de mortuis. Quippe qui iuxta hucusque explicata vi FOEDERIS istius, per fidem in semen promissum, principium VITAE iam ex eo traxerint, cuius virtute illa, in qua detineantur, mors, ad interitum & exitium eorum non spectet, sed ad vitae ipsorum consummationem, quae necessario iam ex illo FOEDERE suo tempore plene sit manifestanda. Directam ergo ecce eamque solidissimam, rei, quae Saluatori proposita erat, ex loco illo demonstrationem: non probabile tantum, ut Maldonatus volebat, argumentum, quod scilicet ad arguendos tantum Sadducaeos esset satis, ut sic ostenderet Saluator, ipsos ne ad minimum quidem argumentum respondere potuisse. Quomodo enim quaeſo talis argumentatio διδαχῆς, cuius conuincere animos est, & penitus persuadere, vim obtinere potuisset, qua cum ἐπλήξει admiratione summa populi animi percellerentur? Quomodo os obturare potuisset hominibus non obesaे naris, & cauillatoribus, (quales Sadducaeī subtili illo argumento suo, ex lege Mosaica Leuiratus petito, seſe affatim probant) cum eius ingenii disputationes facile in probabilibus huiusmodi inuenire quod sit aequa probabile, & pro probabili quod habetur infinitis difficultatibus ita opprimere soleant, ut facile ad aliquo modo persuadendos, nedum percellendos, homines eius vis insurgere non valeat. E quidem fateor argumentum Christi, ut a Maldonato concipitur, ultra probabilitatis limites non adscendere: Verum hoc indicio ipſi esse debebat, veram argumenti illius vim & sensum se aſſecutum non esse, eumque adeo ad nouum

30

27.

26.

2.

24.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

nouum scrutinium accendere. Cui si fessi iam ingeni facultates, & remissi animi nerui pares non amplius essent, id excusationem mereri poterat: quam non admittit, quod infirmitatem in arguento Christi, quam in viribus suis, agnoscere maluerit.

IX. Hinc patet etiam non necessitate quadam, intra librorum Mosaicorum angustos limites coarctatum, quos solos Sadducae pro vere diuinis agnoscerent, obscurius argumentum produxisse Saluatorem, quod clarius illi non suppeditarent. Vix enim ex toto codice Biblico deligas, cum quo istud *ενεγεία* contendere non possit. Quamvis cetera negatum non cupiam specialissimam rationem fuisse Saluatori, eius producendi argumenti, quod nemo alias, communis solertia tantum fretus, facile electurus fuisset. Scilicet fortissime constringendum qui vana persuasione inducti putabant Saluatorem Sadducae, argumento ipsi proposito ex lege Mosis, quae ad ipsam basin religionis Iudaicae pertineret, quo pateret plane absurdam legem condidisse Mosen, resurrectio quidem sit expectanda, quem proinde eam non credisse sit concludendum: ipsi constricti tenentur, dum demonstrat Saluator, tantum abesse, ut non crediderit resurrectionem Moses, legeque Sadducaeorum faueat errori, ut potius ipsa basis autoritatis Mosis, conditaeque a Mose Reipublicae, & constitutae Ecclesiae Iudaicae, totiusque adeo legis, sit haec doctrina: quae in ipsa vocationis Mosis historia continetur: vocante eum, & iure FOEDERIS cum illa gente iam acturo, Deo, qui Abram, Isaaci & Iacobi sit Deus, quos adeo ex illa FOEDERALI cum Deo coniunctione resurgere oporteat.

*. * *





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn84126726X/phys_0039](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn84126726X/phys_0039)

DFG



the scale towards document

(17)

rma consistit in *seria*, *universalis*, *efficaci* Divinæ manifestatione, & beneficiorum per Ecclesiæ oblatione. *Dico I.* *seria*, non enim intas, non fucata, non hypocritica, absit! uod adversarii volunt, DEus hominibus fo- intus autem decerneret, se nolle illos, qui- fert, fieri ejusdem participes. Eset & ipse elusor hominum, omnes ad amplectendam o vocans, à gratia tamen illa quosdam arca- s, cum juramento per vitam suam Ezech. nolle mortem peccatoris, sed ut convertatur enim ut DEUS omniscius vel maxime præ- fint verbum, qui non, nulla tamen est con- serio vocet omnes. Eodem enim modo cit Magistratus & prævidet, non omnes ob- s, ergo non omnibus serio promulgat leges? ines ex Turcica captivitate liberandos hanc ergo non omnes serio vult liberare? falsum. fat, quod non omnes ex auditu verbo fidem in culpa non penes DEUM est, sed homines, in efficaciter sed non irresistibiliter operan- donentes; quod Christus parabola illa Luc. Dico II. *Universalis*, quod §. antec. proba- nū obstat speciosum illud Calvinianorum gumentum, ab experientia desumptū, quan- tatio universalis esset, omnibus prædicare. In nullib[us] factum. Quot enim populosissimæ America, &c. quæ ministerio verbi penitus nim DEUS OMNIBUS ubiq[ue] hominibus an- , Act. 17, 30. Cum jam Pauli tempore in verit sonus Apostolorum, & ad fines orbis 10, 18. Cum Apostoli admonuerint OMNEM M[odestu]M hominem in omni sapientia, ut sis tant se etum in Christo & Esu, Col. 1, 28. (en tri- niversalitatem!) quid temeritatis esset ad gere? Ad minimum non desunt his pro- data §. VI. adducta. Nec est, quod nobis lo-

C

cum

S. VIII.
Forma.